1.11.

10 . . . . Ἐπειδή τινες εὕρηνται τῇ τῶν
ἀνοσίων καὶ μυσαρῶν Ἑλλήνων κατεχόμενοι πλάνῃ
κἀκεῖνα πράττοντες, ἅπερ εἰς δικαίαν ὀργὴν κινεῖ
τὸν φιλάνθρωπον θεόν, οὐδὲ τὰ περὶ τούτων ἀδιόρ-
θωτα καταλιπεῖν ὑπέστημεν, ἀλλὰ γνόντες, ὡς τὴν
τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου θεοῦ καταλιμπάνοντες προσ-
κύνησιν εἰδώλοις ἀλογίστῳ πλάνῃ θυσίας προσέφερον
καὶ πάσης ἀνοσιότητος μεστὰς ἑορτὰς ἐπετέλουν, τοὺς
μὲν ἤδη ταῦτα ἡμαρτηκότας μετὰ τὸ ἀξιωθῆναι τοῦ
ἁγίου βαπτίσματος πρὸς τὰ ἐλεγχθέντα αὐτῶν ἁμαρ-
τήματα ἐκδικήσει τῇ προσηκούσῃ, καὶ ταῦτα φιλαν-
θρωπότερον, ὑπεβάλομεν . τοῦ δὲ λοιποῦ διὰ τοῦ
παρόντος νόμου προαγορεύομεν ἅπασιν, ὡς οἱ μὲν
γενόμενοι Χριστιανοὶ καὶ τοῦ ἁγίου καὶ σωτηριώ-
δους ἀξιούμενοι καθ᾽ οἱονδήποτε χρόνον βαπτίσμα-
τος, εἰ φανεῖεν ἔτι τῇ τῶν Ἑλλήνων ἐμμένοντες
1 πλάνῃ, τιμωρίαις ἐσχάταις ὑποβληθήσονται. Ὅσοι
δὲ μήπω τοῦ προσκυνητοῦ βαπτίσματος ἠξιώθησαν,
τούτους προσήκει καταδήλους ἑαυτοὺς ποιεῖν, ἢ κατὰ
τὴν βασιλεύουσαν ταύτην πόλιν ἢ ἐν ἐπαρχίαις διά-
γοντας, καὶ προσιέναι ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἅμα
γαμεταῖς καὶ παισὶ καὶ παντὶ τῷ κατ᾽ αὐτοὺς οἴκῳ
καὶ διδάσκεσθαι τὴν ἀληθινὴν τῶν Χριστιανῶν
πίστιν, οὕτω δὲ ἐκδιδαχθέντας καὶ καθαρῶς ἀποβα-
λόντας τὴν προτέραν πλάνην ἀξιοῦσθαι τοῦ σωτη-
ριώδους βαπτίσματος, ἢ τούτων ὀλιγωροῦντας εἰδέναι,
ὡς οὔτε μεθέξουσί τινος τῶν τῆς ἡμετέρας πολιτείας
οὔτε οὐσίας κινητῆς ἢ ἀκινήτου κύριοι εἶναι συγχω-
ρηθήσονται, ἀλλὰ παντὸς ἀφαιρεθέντες πράγματος
ἐν ἐνδείᾳ καταλειφθήσονται πρὸς τῷ καὶ ταῖς ἁρμο-
2 δίαις ὑποβληθῆναι ποιναῖς. Πᾶν δὲ μάθημα
παρὰ τῶν νοσούντων τὴν τῶν ἀνοσίων Ἑλλήνων
μανίαν διδάσκεσθαι κωλύομεν, ὥστε μὴ κατὰ τοῦτο
προσποιεῖσθαι αὐτοὺς παιδεύειν τοὺς εἰς αὐτοὺς ἀθ-
λίως φοιτῶντας, ταῖς δὲ ἀληθείαις τὰς τῶν δῆθεν
παιδευομένων διαφθείρειν ψυχάς· ἀλλὰ μηδὲ ἐκ
τοῦ δημοσίου σιτήσεως ἀπολαύειν αὐτούς, οὐκ ἔχον-
τας παρρησίαν οὐδὲ ἐκ θείων γραμμάτων ἢ πραγ-
ματικῶν τύπων τοιούτου τινὸς ἄδειαν αὐτοῖς ἐκδι-
3 κεῖν. Εἴτε γὰρ ἐνταῦθά τις εἴτε κατὰ χώραν
φανείη τοιοῦτος ὢν καὶ μὴ προσδραμὼν ταῖς ἁγιω-
τάταις ἡμῶν ἐκκλησίαις μετὰ τῶν οἰκείων, ὡς εἴρη-
ται, παίδων καὶ γαμετῶν, ταῖς προδηλουμέναις ὑπο-
πεσεῖται ποιναῖς καὶ τὰς μὲν αὐτῶν οὐσίας ἐκδικήσει
4 τὸ δημόσιον, αὐτοὶ δὲ ἐξορίᾳ παραδοθήσονται. Εἰ
δέ τις ἐμφωλεύων τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ θυσίας ἢ
καὶ εἰδωλολατρίας ἁμαρτάνων ἁλῷ, οὗτος ταῖς ἐσχά-
ταις ὑπαχθήσεται τιμωρίαις, ἃς οἱ Μανιχαῖοι, ταὐ-
τὸν δὲ εἰπεῖν ἐστί, καὶ Βορβορῖται δικαίως ὑφίσταν-
ται· καὶ γὰρ καὶ τούτους ὁμοίους ἐκείνοις εἶναι κρί-
5 νομεν. Κἀκεῖνο δὲ νομοθετοῦμεν, ὥστε τὰ τούτων
τέκνα μικρᾶς ἡλικίας ὄντα παραχρῆμα καὶ δίχα τινὸς
ἀναβολῆς τυγχάνειν τοῦ σωτηριώδους βαπτίσματος,

ὡς τῶν ἤδη τὴν ἡλικίαν προβεβηκότων δεομένων
τοῦ προσεδρεύειν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις κατὰ
τοὺς θείους κανόνας καὶ τὰς θείας ἐκδιδάσκεσθαι
γραφάς, οὕτω τε γνησίας ἀντιλαμβάνεσθαι μετανοίας
καὶ τὴν παλαιὰν ἀποσεισαμένους πλάνην τοῦ προσ-
κυνητοῦ τυγχάνειν βαπτίσματος· τοῦτον γὰρ τὸν
τρόπον βεβαίως ἂν δέξαιντο καὶ διαφυλάξαιεν τὴν
ἀληθινὴν τῶν ὀρθοδόξων πίστιν καὶ οὐ πάλιν ἐπὶ
6 τὴν παλαιὰν μεταβάλοιεν πλάνην. Ὅσοι δὲ ἂν προ-
φάσει τοῦ στρατείαν ἢ ἀξίωμα ἢ οὐσίαν ἔχειν αὐτοὶ
μὲν ἐσχηματισμένως προσῆλθον ἢ προσέλθοιεν τῷ
σωτηριώδει βαπτίσματι, τὰς δὲ αὐτῶν γαμετὰς ἢ
τοὺς παῖδας ἢ τοὺς ἄλλους τοὺς κατὰ τὸν αὐτῶν
ὄντας οἶκον ἐπὶ τῆς Ἑλληνικῆς καταλείψαιεν πλάνης,
τούτους προστάττομεν δημεύεσθαί τε καὶ καθάπαξ
μὴ μετέχειν τῆς ἡμετέρας πολιτείας, ἀλλὰ καὶ τιμω-
ρίαις ὑποβάλλεσθαι ταῖς αὐτῶν ἀξίαις, ὡς αὐτόθεν
ὄντας φανεροὺς μὴ καθαρᾷ πίστει τοῦ ἁγίου τυχεῖν
7 βαπτίσματος. Ταῦτα τοίνυν ἐπὶ τοῖς ἀλιτηρίοις
Ἕλλησί τε καὶ Μανιχαίοις, ὧν Μανιχαίων μέρος εἶναι
καὶ Βορβορίτας δεδήλωται, νομοθετοῦμεν .

id est:

Quoniam nonnulli inventi sunt, qui impiorum ac sceleratorum paganorum errore imbuti ea faciunt, quae clementem deum ad iustam iram movent, ne ea quidem quae ad hos pertinent inordinata relinquere passi sumus, sed scientes eos deserta veri et solius dei adoratione simulacris insano errore sacrificia obtulisse et sollemnitates omni impietate refertos celebrasse, eos quidem, qui iam, postquam sancto baptismate digni habiti sunt, haec commiserint, congruae delictis quorum convicti sunt animadversioni, et hoc quidem benignius subierimus: in futurum autem per praesentem legem omnibus edicimus eos, qui Christiani facti et sancto salutarique baptismate quoquo tempore digni habiti sunt, si adhuc in paganorum errore eos remansisse apparuerit, ultimo supplicio subiectum iri.

1 ¶ Qui vero nondum venerando baptismate dignati sunt, eos manifestare se oportet, sive in hac regia urbe sive in provinciis commorentur, et sacrosanctas ecclesias cum uxoribus liberisque et omni domo sub ipsis constituto adire et veram Christianorum fidem doceri, ita vero edoctos priori errore prorsus abiecto salubre baptisma accipere, vel scire, si ea parvi aestiment, se omnium quae ad rem publicam nostram pertinent expertes fore neque eis permitti, ut ullius rei mobilis vel immobilis domini fiant, sed omni re exutos in penuria relinquendos fore, praeterquam quod et competentibus poenis subicientur.

2 ¶ Prohibemus autem, quominus ab iis qui paganorum insania laborant ulla doctrina doceatur, ne hac ratione simulent se eos qui miserabiliter eos frequentant instruere, re vera autem animas discipulorum corrumpant: sed nec ullam annonam a fisco accipiant,

cum ne ex sacris quidem litteris vel pragmaticis formis ad eiusmodi aliquid sibi vindicandum admittantur.
3 ¶ Sive enim hic aliquis sive in provinciis talis esse probatus fuerit neque ad sacrosanctas ecclesias nostras cum suis, ut dictum est, liberis et uxore festinet, supra memoratis poenis subiacebit et substantias eorum fiscus vindicabit, ipsi autem in exilium mittentur.
4 ¶ Si quis autem in re publica nostra se occultans sacrificia vel etiam simulacrorum cultum celebrasse deprehendetur, is ultimis suppliciis percelletur, quae Manichaei et, quod idem est, Borboritae merito subeunt: nam et hos similes illis esse iudicamus.
5 ¶ Illud quoque sancimus, ut liberi eorum tenerae aetatis statim et sine dilatione salubre baptisma accipiant, illi vero, qui primam aetatem iam excesserunt, sacrosanctas ecclesias frequentent et in sacris scripturis instituantur et sic sincerae paenitentiae se dedant et pristino errore reiecto venerabile baptisma accipiant: hoc enim modo firmiter veram orthodoxorum fidem suscipiant neque rursus in pristinum errorem recident.
6 ¶ Qui vero ideo militiae dignitatis bonorumve retinendorum gratia ipsi quidem simulate ad salubre baptisma accesserunt vel accesserint, uxores autem vel liberos vel reliquos, qui in eorum domo sunt, in paganorum errore reliquerint, eos bonis exui et nostrae rei publicae plane expertes esse iubemus neque non quibus digni sunt poenis subici, cum manifestum sit eos non sincera fide sanctum baptisma accepisse.
7 ¶ Haec igitur adversus sceleratos paganos et Manichaeos, quorum Manichaeorum partem et Borboritas esse ostensum est, sancimus.